

Die Traditionen des Hochstifts Regensburg und des Klosters S. Emmeram (Ed. Widemann) Nr. 122

Divina instituenta gratia tradidit quidam nobilis, venerabilis videlicet presbyter nomine Otkis ad sanctum Petrum sanctumque martyrem Emmerammum proprietatem in manum scilicet Ambrichonis venerabilis episcopi eiusque advocati Struonis, nihil illuc transfu[n]deret atque laxaret. Econtra vero Ambricho praefatus episcopus atque suus advocatus Strupo tradiderunt de rebus praedictorum sanctorum in eodem loco illam casam in australi parte consistentem (id est Herimarinchoua) cum terris, pratis et nemore et cum omnibus illuc pertinentibus Otgiso presbytero in proprium Et Gozpold, Herrant, Heripold, Gundpreht, Alprih, Rupo, Vuitker, Ascrih.